AD hoc si ī vna. vitare. Nimis graue videt̄ ꝙ ī ista decre.dicit̄ ꝙ si aliquis semel ap pellauit ab aliquo ꝙ in alijs possit euz recusare vt su-spectū.tamē quidā sic plane intelligunt hoc habere locū in dele-gatis nō in ordinarijs. Item omnes dicunt ꝙ si reprobata fuit appellatio ꝙ postmodū nō potest eū recusare:qꝛ nō grauauit eū vnde nō debet ei eē suspectus:sed nūquid poterit euz tm̄ durāte causa appellationis recusare an etiā postea puta ꝑpetuo.alij di-cūt ꝙ hic nō dicit̄ ꝙ hec nō sit sufficiēs causa recusationis:qꝛ ap-pellauit:sed dicit̄ ꝙ nisi habeat iustā causaz recusatiōis oportet ꝙ sub eo rñdeat ⁊ erat causa dubitatiōis:vt ipsi dicūt:qꝛ ex quo in vno appellauerat in omnibus suspect⁹ videbatur. sed respō-dēt nō esse ita:nihil loquit̄ ſm antiqua iura quādo licebat etiam sine causa appellare:⁊ etiā ita recusare:qꝛ paribus passibus am bulāt appellatio ⁊ recusatio.j.eo.ti.sup eo.§.j.hodie autē secus.s.qꝛ nō poterit hic appellans recusare iudicem nisi subfuerit iu-sta causa:vt.j.e.vt debitus.⁊.c.cū speciali.(vitare.)nisi cōmittat graue crimē ⁊ manifestum.j.eo.ꝓposuit.vel nisi sit contumax.ad ꝓsequendā appellationē.nā tunc sicut non potest appellare ita nec recusare.s.eo.ꝑsonas.j.e.sup eo.(vitare.) ex aliqua iusta cā:nō aūt eo ꝙ in alia cā ab eo appellauit.

SI duobus. Hec decre.habet locū quan-do ex sententia lata vtriqz re putet se grauatū.j.de testa.rainaldus.⁊.c.rainuti⁹.als nō videmus vbi locū habeat.nā nō credimus si pars grauata appellaret ad archiepm̄ ꝙ pars nō grauata pos-set dicere ⁊ ego appello ad papā.⁊ ego volo ꝙ appellatio quam tu facis agatur corā papa:qꝛ cū ipe nō sit grauatus nō audietur appellās.j.eo.vt debitus. nec est appellari iudicem appellatio-nis sed appellātis ſm antiqua iura quādo poterat appellari si-ne grauamine.forte habebat locū hec decre.etiā ī alijs casibus.(veniens.)corā suo iudice.(iudice.)puta epo.(iudicis).i.ꝓximis superiorib⁹ suo iudici:corā quo litigabat.s.archiepi.(citatus.)is qui ad papā appellauit.(veniat.)corā minori iudice.ff.de iudi.siquis ex.ff.de in ius vo.l.ij.(ꝓmulgata.)a minori iudice.(cogno uit).ff.de in ius vo.nomine.l.ij.ar.ff.de ac.emp.⁊ vē.l.j.in fi.nā vt ibi dicit̄ ex quo ordinarius certus est certiorari nō debet.ergo si iudex certus est:tūc non tenet excōmunicatio.si aūt aduersari us sit certus ⁊ nō iudex:dicūt quidam ꝙ multa est excōmunica tio imposita cōtumaci tenet:⁊ ꝓcessus in causa appellationis ir-ritabitur.alij dicunt contra.s.ꝙ non irritabitur:⁊ quia si peteret cassari sententiā oportet eum causam assignare:⁊ si eā assignet:quia tu sciebas me ad papā appellasse.similiter ⁊ pape respon-debitur:⁊ ego ad archiepm̄ appellaui corā quo bene poterā ꝓ-sequi appellationem:q̄uis appellatio ad papaz prefertur si co ram eo inciperet prosequi vel sibi ab aduersario peteret̄. sed ta mē archieps nō debet eū exaudire in citatione si ei innotuerit ꝙ ad papā appellatum est:nec etiā potest nisi partes consentiant.cum ex quo hoc nouit iurisdictionē ad superiorem sentiat deuolu tā.⁊ ideo nō tenet citatio.⁊ per cōsequēs nec eius sentētia.ar.C.de sta.defun.l.penul.si autem ignorauit cū iurisdictionē habeat tenet citatio ⁊ snīa excōmunicationis:⁊ etiā causa appellationis ꝓcedet lite nō cōtesta.si coram p̄mis iudicibus erat lis cōtesta.j.eo.ti.ꝑ tuas.⁊ etiā idē si erat de illis casibus in quibus ꝓcedit̄ lite nō cōtesta.de quibus le.⁊ no.s.vt lit.nō cōtest.qm̄.est ratio:qꝛ ignorātia facit tolerari ea que fiūt ratione publici officij.C.de testa.l.j.ff.de offi.presi.barbarius.melior ratio est:qꝛ iudex ordi narius est in causa appellatiōis ⁊ in alijs suis casibus:⁊ ideo te-net qđ fit ab eo nisi appellet vel recuset.j.eo.solicitudinē.Sz di-ces nōne hic aduersario noceret sua scientia.rñdeo ideo non no-cet:qꝛ scientia vnius cū scientia alterius cōpēsatur sicut paria cri mina ⁊c.j.de adul.c.penul.⁊ dolus dolo cōpensatur.ff.de dolo.si dolo.Item cū sit pars nō tenetur dicere ius alterius partis:lz iudex nō debeat admittere petitionem eius si sciet:sed si ignorat tenet ꝓcessus eius:vt dictū est.īmo plus videtur dicendū:quia si post q̄z incepit ꝓsequi litē appellatiōis veniat qui appellauit ad papā ⁊ velit impedire ꝓcessus eius non poterit sicut si presens fuisset ⁊ nō cōtradixissz:quia qui abest contumaciter non minor ē p̄sente.ī auc.vt omnes obe.§.si autem ille.⁊ no.s.de dila.p̄te-rea.hoc tamē bene dicimus ꝙ si vna pars cum nō appellatū eēt iuisset ad superiorem ⁊ falso sciens dixisset ei ꝙ ad eū appellaue rat:vel si dolo tacuerit se renunciasse appellationi.⁊ si iudex ꝓce dat ad sententiam totū reuocabitur vel cōditione sine causa vel per in integ.resti.vel ꝑ querelā falsi.ff.de iudi.si p̄tor.⁊ patet in eo qđ le.⁊ no.s.de in integ.resti.ex litteris.⁊.s.de excep.cum ve nerabilis.§.intelleximus.sed non reputo eū aliquid dolo facere ſm hoc.c.de quo hec decre.loquit̄.s.ex eo ꝙ tacet appellationem ad papam factam:quia lz preferatur appellatio ad papā facta.tamen etiam coram superiori potest agi si aduersarius non exci piat.Item credimus ꝙ archieps etiam si sciret appellatum ad papam hoc modo citare posset.s.vt cōpareat si eligat coraz se ꝓ sequi causam appellationis.(tenere.) nisi in casibus de quibus no.s.de fo.compe.licet.

EX ratiōe in potētia. ij.q.vj.ante rior.auc.vt spon.lar.§.hoc quoqz.i auc.vt i me.lit.ap.ij.q.vj.bi duū.§.si forte.ff.de nu.intra vtile.C.de tempo.app.auc.si tm̄.in his casibus qui in p̄dictis cōcor.cōtinent̄ appellans ipo iure seruatur illesus.si aūt dolo alicuius p̄uati fuerit circūuē tus quo minus appellationez ꝓsequatur intra tempus sibi p̄fi-dicat:sed habet regressum ꝯtra dolosum.ff.si quis cau.l.ij.§.fi.ff.de dolo:arbitrio.§.dolo eius.si sit soluendo.als restituitur ad ꝓsecutionē appellationis.ff.de eo per quē fac.est.ex hoc.§.j.Itē dicimus si lapso p̄mo anno facultate sui trahatur a ꝓsecutiōe ap pellatiōis.lapso p̄mo anno prudēter faciat ille qui legitimo ipe dimento detentus est:vt nō possit ꝓsequi appellationē si impe-dimentū suū ꝓtestetur corā iudice a quo appellatum est petēdo ne ꝓcedat ⁊ corā executore ne sentētia exequatur ⁊ appellet si cō trafecerit:sed ⁊ hoc nō fecerit ⁊ iudex exequatur sententiā anno elapso:tunc si nullū suberat iustū impedimentū tenebit executio sine vlla citatiōe facta.cum enim lapsu anni rata maneat senten tia.C.de temp.ap.auc.ei qui.si nullo impedimēto detinetur iu-dex eam exequi potest ⁊ debet ⁊ si partem nō citauerit.executor enim nec in citationibus nec in alijs solutū ordinē iudicioꝝ ser-uabit:⁊ tamē bene fatemur ꝙ si pars veniat corā executore ⁊ di cat sententiā nullā quandocūqz audiēdus est:⁊ nisi audiatur ꝙ iuste appellare potest:vt no.s.de offi.dele.pastoralis.§.ij.⁊.c.cū in iure.īmo plus dicimus ꝙ etiā si nō ꝓtestetur aliquid corā iudi ce vel executore nec excipiatur tamē pendēte executione:⁊ ea fi-nita potest implorare officium iudicis:vt quecūqz facta sūt post appellationē eius in statum p̄stinuz reuocentur.j.eo.bo.me.s.de excep.dilecte.vbi no.ꝙ enim dicit̄ nō valere sententiā vel etiā alia extra iudicium facta non seruato ordine iudiciario vel a iu-re vel ab homine statuto:vt.s.eo.c.j.⁊.ij.q.j.deus.s.de rescript.cū dilectus.j.de censi.c.romana.lxiiij.di.c.fi.⁊.lxv.di.per totū.s.de elect.quia ꝓpter.⁊.s.de offi.dele.c.prudentiam.j.rñ.tūc ha bet locum quando certus ordo statutus est ꝓcedenti ⁊ ille omit titur qđ hic nō est:quia executori nullus nullus prefigitur ordo vt dictum est.Item no.ꝙ lz hic loquatur de anno dato a iure idē est:⁊ eodem modo ꝓcedendum in termino dato ab homine:lz aliqui dixerint ꝙ statim elapso termino statuto a iudice etiam si habeatur legitimū impedimentum:tamē sententia transit in rē iudicataz.ar.s.eo.personas:cum sit.⁊ ar.pro hac differentia.s.de in integ.resti.constitutus.vbi no.vbi dicit̄ ꝙ cōtra tempora-lē p̄scriptionē statutā ab homine necessaria est p̄scriptio:⁊ tamē cōtra tēporalē p̄scriptionē a iure statutam nō est necessaria.C.in qui.cau.non est neces.in integ.resti.l.fi.sed certe nō est simile:qꝛ hoc tempus appellationis ꝓsequende statutum ab homine suc-cedit loco termini statuti a iure.⁊ ideo eodē iure cum illo censeri debet:vt.ff.si quis cau.si eum.§.qui iniuriaruz.sed illud tempus de quo loquitur.s.de in integ.resti.constitutus.non succedit lo-co alicuius temporis a iure statuti:īmo illi ciues de nouo sic ordi nauerant inter se qui appellat infra annum debet habere finitā causam appellationis:nisi impediatur iusto impedimento vel iudicis:quia nō potest vel nō vult ꝓcedere in causa vel aduersa-rij qui petit dilationē:vel ꝓpter suam infirmitatem:vel sine cau sa vel impedimento suiipsius.s.appellantis qui impeditur:vel ꝓpter suam infirmitatem:vel tempestatē:vel inopiā qđ est no-tabile:vel ꝓpter aliā iustā cāz:vel impedimento testiū vel instru mentoꝝ quos sine culpa sua habere nō potuit.⁊ potest etiā ipe-diri a ꝓsequēdo appellationē dolo cuiusqz extranei:⁊ sic succur ritur ei ꝑ beneficiū restitutiōis:vt no.s.in ꝓn.colligunt̄ autem p̄ dicta in auc.de his qui ingre.ad ap.in p̄n.§.j.ij.iij.⁊.iiij.sufficit autē appellanti incipe ꝓsequi litē appellationis tali tpe ꝙ si nul lū inopinatū impedimentū interueniret an̄ finem anni sentētiā petere posset:nec imputabitur appellanti si aduersarius petat dilationem ad reprobandos testes appellantis:quia si reproba

uerit eis nõ obstantibus confirmabitur sententia contra appellantem lata. si ex illis solis testibus erat infirmanda. si aũt nõ reprobauerit: vel si ex illis solis testibus non impendebat victoria cause apparet ꝙ male petita ⁊ obtenta fuit dilatio. ⁊ ideo nõ debet obesse appellãti. si vero peteret appellatus dilationem ad ꝓbandum de iure suo: sicut ⁊ appellãs habuit ad ꝓbandum de iure suo: nec hec dilatio imputabitur appellãti. arg. C. de temp. in integ. resti. petend. in pͥn. ⁊ videtur ꝙ si tm̃ per vnuȝ diẽ postq̃ȝ appellationem cepit ꝓsequi fuit impeditus quominus infra annũ posset petere sententiã super causa appellatiõis ꝙ totus annus ipõ iure sine beneficio restitutiõis sibi indulgeatur a iure: sicut satis apparet ex pͥall. auc. de his qui ingre. ad ap. sed secus ẽ si beneficio restitutiõis ei subuenitur: q2 tũc nõ restituatᷣ sibi tempus: nisi tãtũ quãtũ amisit. arg. ff. ex q. cau. ma. in integ. resti. ab hostibus. §. fi. Item quãdo de volũtate partiũ differtᷣ causa appellatiõis: vt quia itur ad arbitros vel cõsimili: tũc ipõ iure recuperat tempus qd̛ remãserat de ãno. ĩ auc. de appel. §. deinceps. coll. viij. Item videtur ꝙ appellatus circa finem pͥmi anni: qñ vnus mẽsis tm̃ restat ꝙ possit petere confirmationẽ sue sentẽtie lȝ pͥeall. auc. de his qui ingre. ad app. §. iij. coll. v. videatᷣ dicere cõtra: sed rationẽ non video. ⁊ de hoc no. ĩ. eo. oblate. ĩmo plus videtur: q2 ex quo appellans fecit citari appellatum in causa appellationis. ⁊ si hec citatio emanauerit in pͥncipio pͥmi anni: tamẽ extunc appellatus habet potestatẽ appellãdi petẽdi confirmationem sue sentẽtie nõ expectato mẽse iuxta finẽ pͥmi anni: q2 sic obtinet in causa pͥncipali. C. quõ ⁊ qñ iudex. auc. qui semel. videtur enim ꝙ multo fortius debet obtinere ꝓcessus pͥdicte auc. ĩ causa appellatiõis q̃ȝ in causa pͥncipali. Itẽ expresse loquitur in causa appellatiõis. C. de tem. ap. cũ aũt. §. illud etiã. ⁊ h̛ quidam cõcedũt. alij vero contra. pͥmus aũt pͥdicta auc. de his qui ingre. ad ap. §. q2 enĩ multũ videtᷣ cõtradicere: vbi dicitᷣ ꝙ si etiã in medijs certaminibus causam appellatiõis deseruit: tamẽ fine biennij expectare debet ad hoc vt petat sniam. ⁊ dicunt isti pͥdictam auc. quõ ⁊ qñ iudex: que loquitᷣ in pͥncipali causa nõ est trahẽda in causa appellationis que habet statutum suum tempus. Item videtur ꝙ si post finem primi anni vel secundi feratur sententia confirmationis pͥme sententie: ⁊ postea appellatus petat mãdari executioni sententiã pͥmã tanq̃ȝ que lapsu pͥmi vel secũdi anni trãsierit in rem iudi. obstabit exceptio rei iudi. ex secũda sententia: nec auditᷣ si dicat ꝙ ante sniaȝ infirmatiõis snie post lapsum anni rata manet snia: q2 pͥtextu noue defensiõis nõ deberet retractari snia secũda infirmatiõis. s̃. de re iudi. inter. de transact. sub pͥtextu. nec obstat si dicas ꝙ nõ valet secũda snia cõtra pͥmã lata: q2 s̛m hoc nunq̃ȝ valeret sententia appellatiõis pͥmã infirmãs sed nec sup eodẽ est pͥma snia que est in causa pͥncipali: ⁊ secũda q̃ est in causa appellatiõis. Itẽ ar. predicte auc. de his qui igre. ad ap. §. ij. videtur quia etiam si in tertio anno vel vltra non impediatur exequi appellationem ꝙ ipõ iure habebit quartuȝ vel vlteriorem annum: sed nobis magis videtur ꝙ vltra fatalem secundã nullũ fatalem habebit: sed per beneficiũ restitutiõis ei succurretᷣ ⁊ restituetur ei tempus tantũ quantũ fuit impeditus ꝓsequi appellationem: vt patet in eo qd̛ no. s̃. e. gl. ij. sed secus ẽ ⁊c. iudex autem appellationis non potest artare tempus nisi ex magna causa. ĩ. eo. oblate. ff. de re iudi. l. ij. ⁊ iiij. §. si quis con. Item bene imputatᷣ appellanti si modicũ tempus restat sibi de anno quo nõ potuit causam ꝓsequi ꝓpter impedimentũ si ipõ impedimento cessante nõ incipiat causam infra annuȝ: lȝ in anno nullo modo eã valeat terminare qui enim aliud dicit causam dat ꝓrogatiõi litiũ cõtra id. s̃. de dolo ⁊ con. finẽ.

DEmunimus. citationem.

dic vt diximus. s̃. eo. ti. vt debitus.

SUper eo appellationem.

Olim etiaȝ frustratorie hodie a grauamine. (supersedendũ est.) a iudice a quo appellatum est quousq̃ȝ cognoscatᷣ de appellatiõe ⁊ nõ ad iudicẽ ad quem appellatur: vel dic ꝙ ideo dicit supsedendũ vt p hoc qd̛ supsedet exceptiõi appellãs renũciet appellationi: ⁊ sic ꝓcedetur in causa. (sine illa.) qualis est pacti de nõ petẽdo rem iudi. ⁊ consimiles ꝑemptorie. exceptio enim sine qua potest pͥncipale terminari est exceptio que cõpetit certis ꝑsonis nec cõueniantᷣ vltra quã facere possunt. de quibus habes. ff. de re iudi. sunt quedam. ⁊ l. sequẽtibus. nam si negetᷣ debitũ ⁊ nihilominus tales ꝓponantᷣ exceptiões lȝ super exceptionibus appelletur nihilominus procedetᷣ in pͥncipali. ⁊ dicunt quidam coram iudice etiam si sit delegatus. sed videtᷣ contra: q2 p appellationẽ suspenditur iurisditio: vt. s̃. de offi. deleg. pastoralis. §. pͥterea. ff. ad turpill. l. j. in fi. vnde alij dicũt ꝙ hoc nõ potest habere locũ nisi in ordinario: nec etiam coram illo si recusetur vt suspectus. s̃. eo. ad hoc. sed si sane intelligitur hec decre. nõ dicit ꝙ corã iudice a quo appellatũ est in exceptione possit agi de pͥncipali: sed simpliciter dicit ꝙ agi potest ⁊ est supplendũ coram cõpetenti iudice. ar. ff. de iudi. eũ qui. ⁊. s̃. de auct. ⁊ vsu pal. c. penul. nõ corã eo a quo appellatũ est: vel potest sic poni casus: iohãnes petit. c. a petro. ĩducit io. de ꝓbando debitũ testes. obiecta aũt exceptione criminis cõtra vnũ. iudex enim p interlocutoriã repulit a qua iohãnes appellauit. dicitᷣ ergo hic ꝙ si probata exceptione cõtra vnũ testẽ toti cause fiat pͥiudiciũ: puta q2 ipsius testimonio repulso nõ ꝓbatᷣ debitũ: ⁊ p cõsequẽs toti cause supsedere debet quousq̃ȝ causa appellatiõis fuerit teminata. sumitur etiã hic ar. a cõtrario sensu ꝙ si p repulsionẽ illius testis nõ fiat pͥiudicium toti cause: puta q2 p alios duos sufficienter ꝓbatur debitum: nõ supersedebitur pͥncipali cause: sed nec in appellatiõis causa ꝓcedetur: q2 nõ interest eius appellationẽ ꝓsequi cum etiam ipõ teste repulso de suo iure liqueat. ar. s̃. ti. ꝓxi. cũ. i. ⁊. a. Itẽ potest dici ꝙ si condemnatus in expensis ꝓ cõtumacia appellet nihilominus iudex a quo appellatũ est siue ordinarius siue delegatus in causa pͥncipali ꝓcedet. ar. h̛. ⁊ idem est in similibꝰ: hoc tamen est difficile. Item potest habere locũ qd̛ h̛ dicitᷣ in dilatorijs solutionis. alij dicũt ꝙ hic cessat ar. a cõtrario sensu. (de). i. ꝑ. (prorupit.) sic. s. appellatione ꝓcedatis: q2 falsum est rescriptum vel per falsi suggestionẽ obtentuȝ. deberet enim adijcere dico rescriptum falsum: ⁊ paratus sum hoc ꝓbare: ⁊ si negauerit iudex appellare põt: q2 grauat. alij dicũt ꝙ lȝ iusta sit appellatio ista: tamẽ decre. non loquitᷣ in isto casu: sed is est sensus decre. ꝙ si aliquis appellat ne iudi. dele. ꝓcedant: quia rescriptuȝ ad eos ĩpetratũ est p falsi suggestionẽ nõ valet talis appellatio: ⁊ hoc probant multis rationibus. pͥmo: q2 nõ omnis falsa suggestio impedit iurisditioneȝ. s̃. de rescrip. sup litteris: quia ergo est falsi suggestio que impedit iurisdictionẽ: ⁊ est falsi suggestio que nõ impedit nõ sufficit sic in genere ꝓponere: sed ad singularia peruenire oportet. ar. ff. de iu. fis. in fraudem. Itẽ est ⁊ alia ratio: quia lȝ ꝓponat quis iustã causam appellatiõis vel exceptionẽ non tamen appellans debet recedere quin cõpareat corã illo iudice nisi pͥus iudex vel expresse vel tacite admittat vel remittat appellationẽ recipere. ĩ. eo. ex parte. m. hic aũt admissa voce appellatiõis nõ expectato ꝙ iudex eã exceptionẽ admitteret vel repudiaret in cõtinẽti recessit: nec vlterius coram iudice voluit comparere: ⁊ hoc est qd̛ dñs papa h̛ intẽdit remouere. (differenda) sed q̃ȝ citius poterit fieri dirimẽda. s̃. ti. ꝓxi. c. ij. ĩ. eo. interposita. imo ferenda est snia nõ sup falsi suggestiõe sed super principali si causa talis est in qua ꝓceditᷣ lite nõ contesta. vel cõtra talẽ appellantẽ contumaciter recedentem fertur snia excõmunicatiõis vel missio in pos. s̃. vt lit. nõ contesta. tue.

DE appellationibus. leui.

Idẽ s̛m leges. C. de ap. in minoribus. (Super eo appellandi.) dũmodo grauetur al's enim nõ licet. ĩ. e. vt debitus. (in casibus). ij. q. vj. non solent. ij. ante sententiã. ⁊ in casu qui est. ff. qui satisda. cog. arbitro. q̃uis quidã dicãt cõtra. ff. a qui. ap. nõ licet. l. vlti. (deferendum.) nisi a grauamine ĩminente vel cõminato ⁊ tẽpore debito. ĩ. e. vt debitꝰ. (ita.) ⁊ si iusta sit causa suspitionis recusari potest: ⁊ non aliter. ĩ. eo. cum speciali. (certum.) quando lis mandatur decidenda infra certuȝ tempus si sit hoc de consensu partiũ adueniente termino iudex ad petitionẽ temporis alterius etiã altera pte cõtradicente ⁊ petente terminũ ad ꝓbandũ de iure: ⁊ etiã ꝓpter hoc appellãte nõ differret sniare: hoc eniȝ ipõ ꝙ consensit in terminũ reputandus est talis terminus ꝑemptorius: ⁊ etiã reputãdus est ꝓ conclusione in causa nisi nouũ ⁊ incogitatũ impedimentũ supueniet qualiter ꝓbationes inducere posset: quia tunc vel beneficio restitutionis ĩ integrũ vel cõmuni iure subueniretᷣ ei: sicut est in termino iuris: vt no. s̃. eo. ex rõne. si aũt certum tempus tm̃ ad petitioneȝ alterius partis pͥfixum est tunc ad petitioneȝ illius partis nõ differretur snia vltra tempus statutum: q2 sic consensisse videtur: sed alteri parti nõ preiudicat quin debeat habere moderatas dilationes ad ꝓbandũ de iure suo: tamẽ iudex dilatiões iuris iure nõ debet diminuere. in hoc enim videtᷣ delegans gratiã facere impetranti: sed non debet sic diminuere ꝙ omnino ius partis que de iure suo ĩfra tam breue tempus nullatenus docere potest de iure suo tollatur. ff. de admi. tu. tutor qui rei. §. j. ⁊ no. s̃. de offi. del. de causis. ⁊ de hoc casu infra dilationes datas reo imperator vtetur suis rationibus. C. de resti. petende. nunq̃ȝ tamen vltra terminũ prefixum poterit iudex in causa ꝓcedere: nisi de consensu partium

ꝓcedat:vt hic.§.de offi.dele.de causis.⁊ ꝑ oīa idē videt̃ si negociū infra certū tēpus instruendū mandat̃:⁊ postea remittendū: q̄ꝛ hoc tēpus ꝓ termino ꝑemptorio est habendū ita ꝙ decetero nō admittent̃ ad ꝓbandū ⁊ corā iudice ad quē fit remissio:⁊ ꝓpter hoc dicūt quidā ⁊ forte bene ꝙ si alicui cōmittitur vt infra certū tēpus instruat causam:⁊ extūc remittat instructā:ꝙ si presentaui litteras hmōi iudici ip̄e iudex adueniēte fine termini etiam nulla recepta instructiōe in causa ⁊ etiā non cito reo infra dictū terminū potest tunc citare reū:⁊ potest p̄figere terminū reo ꝙ cōpareat corā delegante in negocio ꝓcessurus:nec potest dicere reus se grauari:q̄ꝛ actor decetero nō admittit̃ ad agēdū de eo sup̱ quo voluit institui causam:sed ibi īponet̃ ꝑpetuū silētiū:⁊ sibi īputet ꝙ infra terminū nō ꝓbauit que in rescripto cōtinebantur.C.de inge.ma.diffamari.nec valet si opponas ꝙ ordo omissus est qui in rescripto cōtinebat̃ ſm quē debuit p̄mo causam instruere ⁊ postea remittere.§.de rescrip.cū dilecta.q̄ꝛ bene instructa est:q̄ꝛ sn̄ia potest ferri cōtra īpetrantē.vel dic ꝙ hec duo sunt p̄ncipalia mādata:vnū de instructiōe:aliud de remissiōe: vnde vno omisso potest aliud facere.§.de do.⁊ contu.cū dilecti.alij tn̄ dicūt ⁊ forte melius quātū in hoc ꝙ nisi p̄mo citauerit partes ad ꝓcedendū sup̱ instructiōe negocij ꝙ non potest negociū remittere:q̄ꝛ merus citator nō est. Itē iudex nō est anteq̄ȝ incipiat vti iurisdictiōe.§.de off.dele.gratū relatū.postq̄ȝ aūt citet forte potest remittere ꝙ remittit negociū instructū cū sua instructione.s.q̄ꝛ dicet quō citasset partes:⁊ ꝙ actor voluit ꝓcedere. Itē si expedit dicet quō reo dedit potestatē dicēdi ꝙ vellet:⁊ sic de alijs factis et omissis. Itē videt̃ ꝙ iudex ad quē huiusmodi cōmissio īpetratur debet condēnare actorē in expēsis si fecerit citari reū:⁊ nullā ꝓbationē induxit sup̱ instructiōe cause.ar.§.de rescrip.ceterum. in fi.⁊.§.de dolo ⁊ cōtu.finē.sed semp̱ debet remittere:q̄ꝛ sibi expresse h̄ mandatū est:lȝ aliqui cōtradicāt.supior aūt ad quem remittit̃ cā bene examinabit oīa ⁊ oībus examinatis admittet vl̃ repellet actorē vel reū ad ꝓbandū:⁊ al's eos puniet in expensis vel aliter ꝓut ei de iure visum fuerit faciendū. alij tn̄ dicūt hmōi terminū vim ꝑemptorij nō habere.si aūt mandatū est ꝙ instructā vel nō instructā remittat tūc satis dici potest ꝙ post remissionē poterit sibi dari noua dilatio:q̄ꝛ nec exp̄sse nec tacite cōsensit hunc terminum esse peremptorium:īmo in contrarium innuit quando dicit ꝙ non instructam remitteret.

Peruenit qui. s.ledētes. (cōpellas.) hodie non admitteretur talis appellatio.j.eo.vt debitus. (appellationis).§.eo. cum sit romana.in fi.

Consuluit notorium. §.c.proxi. (deferendū.) hodie siue sit occultū siue manifestū non licet appellare nisi grauet̃:⁊ grauet̃ semp̱ licet.j.eo.vt debitus.(notoria.) dic vt diximus.j.de coha.cleri.⁊ mu.tua.(conueniens).§.eo.cum sit.(prosequi).§.eo.c.pxi.

Suggestum reportasse. Ante citationē:q̄ꝛ si post citationē tūc nō eēt dubium:quia si post citationem nō omitteret ꝓcedere p̄mus iudex.§.eo.meminimus.decre.§.meminimus.

Ad presentiam tuaȝ. Eborac. archieps̄ cui scribit̃ excōicatus:q̄ꝛ post appellationē lata erat sn̄ia.(absolui.) ad cautelam.j.de sen.ex.ꝑ tuas.vel dic ꝙ etiā siue absolueret̃ ad cautelā:sed simpliciter tn̄ admittet̃ ad ꝓbandū ꝙ excōicatio nō tenuerit. ⁊ ideo si nō ligatus diuinis se īmiscuit nō incurrit irregularitatē sicut hic apparet.(diuina.) cātauit:lȝ enī ab alijs sit vitādus.j.de sen.ex.ꝑ tuas.ip̄e tn̄ nō dȝ se gerere ꝓ excōicato:vt hic:si de appellatiōe sua cōfidit.

Quam teneamur liceat īformare.) Hoc locū habet in ordinario:sed forte idem ī delegato:sed aduersarius q appellauit turbat.j.e.anfit. ⁊ est casus sp̄alis vbi post appellationē a se factā iudex exercet iurisdictionē suā.alius casus est.§.eo.si duobus. alius casus ē ꝙ pōt breuiare terminū p̄fixū a iure vel a ꝑtibus p̄fixū.§.eo.ꝑsonas.alij dicūt ⁊ bene hoc sp̄ale in archiep̄o cātuarien̄.q p̄uilegio sp̄ali hȝ defensionē omniū appellātiū cantuarien̄. ꝓuincie.

Consuluit deferendū. Hoc credim⁹ correctū quātū ad ea que in iudicio fiūt cū non liceat appellare sine causa.j.eo.vt debitus.⁊.c. cū cā. quantū vo ad ea que extra iudiciū fiunt credimus ꝙ valeat appellatio etiā nō exp̄ssa certa cā dūmodo aliquid dicat vel dicat̃:quare timere possit ⁊ postea sequit̃ grauamē.aliter enim nō admitteremus appellationē extra iudiciū factaȝ ꝓpter multas absurditates que inde sequerent̃.⁊ ar.j.eo.ad audientiā.⁊.c.bone.⁊ a futuro grauamine possū appellare:ne graues me in tali facto:puta ne q̄s molestaret euȝ sup̱ possessiōe sua.j.eo.bone. Itē si aliq̄s ab aliquo aliq̄d peteret extra iudiciuȝ:⁊ ille a quo petit̃ appellaret ⁊ eū grauaret:q̄ꝛ intelligit̃ appellare ne eū grauet occasiōe petiti valet appellatio.j.eo.dilectis.⁊ sic intelligit̃.j.eo.ad audientiā.sed lȝ talis appellatio ꝓcesserit:sed tn̄ ex alijs causis que factū sup̱ quo appellatū est nō tangūt feratur sn̄ia:valet sn̄ia.§.e.cū teneamur.⁊.c.sup̱ eo.ij.rn̄.⁊.c.ad hoc. Itē extra iudiciuȝ valet appellatio ita generalis ꝙ nulla ꝑsona exp̄mat̃ dūmodo factū sit certum.j.eo.bone.in p̄n. Item no.ꝙ appellans nunq̄ȝ debet petere reuocari quicquid post appellationem factum est:sed quicquid contra appellationem factum est ⁊ eius annexa.j.eo. solicitudinē.§.de ꝓcura.auditis.

Cum parati essemus in legatiōe.) Que bene excusaret.xviij.di.si ep̄s.lxiij.di.salonitane. ī auc̄.quo.opor.epi.§.illud.xxiij.q.viij.si autē vobis.⁊.§.de offi.dele.pastoralis.§.vl.ar.ꝯtra.xxiij.q.viij. quo ausu.rep̄hēsibile.xxv.q.j.omne.xij.q.ij.quicūq̄ȝ.nos credimus ꝙ si archieps̄ vocet aliquē ep̄m vel aliū p̄latū ad cōcilium vel ad causam.⁊ rex siue ante siue post eundē vocauerit licite potest ad eū venire:⁊ mandatū archiep̄i intermittere. est enim regi honor deferēdus:⁊ sic intelligo p̄dicta.c.sed si archieps̄ ei mādaret nō obstāte p̄ceptiōe regia debet obedire archiep̄o cū sit de eius iurisdictiōe ⁊ nō regis:⁊ magis est obediendū sp̄ui q̄ȝ carni.§.de ma.⁊ obe.solite. ⁊ idē dicimus in patriarcha si subdituȝ sui archiep̄i vocauerit poti⁹ obediet archiep̄o q̄ȝ patriarche:nisi in casibus in quibus deuoluit̃ iurisdictio ad patriarchā:⁊ sic intelligo cōtraria.pape aūt semp̱ est obediendū nulla p̄ceptiōe obstāte tam rōne honoris q̄ȝ iurisdictiōis.xj.q.iij.qui resistit. ⁊ q̄ꝺ diximus in ordinarijs:ideȝ intelligimus in delegatis.§.de offi.ordi.pastoralis.§.vl.tn̄ circa eos debet cōsiderari vtrū ꝓuocauerit se vocari:⁊ tūc non ꝓsit:etiā no.§.de offi.dele.pastoralis.§.fi.ff.si q̄s cau.l.ij.§.vl.⁊ an habeat regalia nec ne.xxiij.q.viij.§.ecce.§.de ma.⁊ obe.solite.⁊ qui vocat diligēter attēdet quis maiori necessitate ducatur:⁊ qui prius mandauerit ⁊ cui prius fuerit obligatus:⁊ quis maior sit:⁊ multa alia que occurrere possunt: ⁊ que multum valent ad excusationem.

Ad hec ꝙ eccesie.) Hic non erat appellatum nec etiā iurās petebat ab excōmunicatiōe absolui.per tale enī iuramentū nō tollit̃ appellatio si grauet̃.al's enim sine grauamine nō licet hodie appellare siue iurauerit siue nō.(iudicio.) ꝓ contumacia:secus si ꝓ offensa vel alio certo articulo.j.eo.c.pxi. (appellāt.) ex aliqua cā de nouo accidēte:vel ſm vetera iura etiā sine cā licebat appellare.§.e.cū sit ro.tn̄ satis videt̃ innuere sequēs decr.ꝙ in hoc casu.s.qn̄ iurat nō licet appellare sine cā ne aliq̄d ei p̄cipiat̃ occasione p̄stiti iuramēti vel ne p̄ceptū iniūctū faciat.j.c.px.vel post absolutionē appellat in ꝓsecutione iudicij.(xl.dies.) vel plures vel pauciores ad arbitriū iudicis.§.eo.cū sit ro.

Questioni. absoluere. Cū eēnt excōmunicati ꝓ maleficio:⁊ ita nō ē ꝯtra.§.c.pxi.(anteq̄ȝ.) ⁊ sic cōstat appellationē iniustā cum nihil ei mādet̃. si aūt ei mandaretur aliquid teneretur appellatio.§.c.px.⁊ ita nō est cōtra nisi causa subterfugij faceret:vt hic.vl̃ hic loquit̃ de mādato facto ante excōicationem:⁊ ꝓ quo fuit excōmunicatus q̄ꝺ omnino adimplere debet:nec valet appellatio sup̱ eo interposita ꝙ fugiat illud adimplere.(iuramento).q.d.ꝓ absolutionē quā p̄petijt ⁊ iuramentū q̄ꝺ prestitit videt̃ acceptasse iurisdictionē p̄oris iudicis:⁊ q̄cq̄d factū est corā eo:⁊ etiā renūciasse appellationi si fuerat appellatū.§.de offi.dele.gratū.j.eo.solicitudinē.§.de re iudi.ꝙ ad cōsultationē. fateor tn̄ ꝙ si taliter excōmunicat⁹ ab eo peteret absolutionē cum ꝓtestatione.s.ꝙ salua sibi esset appellatio:non videtur renunciare appellationi cum in ea sit periculum:⁊ bene tenet absolutio q̄ȝuis negocium p̄ncipale ad superiorem sit delatum per appellationem.j.de sen.exc.sacro.§.fi.j.eo.qua fronte.§.j.sed si sine ꝓtestatione peteret absolui:tūc renūciare videtur:cum iuꝺ.appellationis sit absoluere.j.de sent.ex.per tuas.in fi. alij dicunt ꝙ iudex a quo appellauit nunq̄ȝ potest absoluere:nisi appellans tacite vel exp̄sse appellatiōi renūciet. (iuramento.) hodie non credimus differentiā siue iurauerit siue nō:cū nō liceat appellare nisi a grauamine.

Reterea. de his. ⁊c. de hoc dicitur s̄.e. ad hec.

Onstitutis. post appellationẽ interpositã a plebano ⁊ primicerio ne archidiaconus eligeret cũ esset excõicatus: vel ne capitulũ eligeret cũ esset excõicatus: nõ eni admitteret appellatio nisi rõnabili cã assigñta. j. ð his q̃ fi. a ma. p. ca. cũ i cũctis. vel põt dici appellatio tenuisse etiã sine cã. ⁊ decre. nõ ꝯ dicit q̃ loquitur qñ appellat a minori pte (excõicatõis). lata in archið. vel in cau satorẽ electũ. (elegerint). in eodẽ ꝯtextu. s̄. de elec. ꝯgregato. secus si ex interuallo. s̄. de elec. ꝯsiderauim⁹ dudũ. ⁊ c. auditis. vbi ð h no. (appellationem) quam emisit ne alij eligerent simpliciter vl sine consensu suo.

Roposuit. appellatuz. aliq̃ iusta cã nõ ea: q2 ab ea appellatũ est in alia cã. s̄.e. ad hec. vbi no. vel dic q̄ suspect⁹ dicit ex ea cã: q2 appellatũ ẽ vt i decre. p̄alle. no. (suspectus). ex alia iusta cã non ex ea: q2 ab eo in alia cã appellauit (graui ⁊ manifesto.) no. q̄ si qs accusat⁹ ẽ de graui et manifesto crimine nõ admittit recusatio: sec⁹ si esset graue ⁊ nõ manifestũ vel ecõuerso. iij. q. v. quia suspecti. (actu). i. quia est notorium facti actu permanentis.

Ua fronte. canonicũ. xxiij. di. in nomine. ⁊. j. q. ij. (preceptũ debitũ). ad min⁹ p tribunali sedere dz. xxiij. di. illud. xlvij. di. de petro. ⁊ lz facere i domo regis sit malũ ꝓpt sequelã: factũ tñ tenere credo dũmodo fiat cũ cause cognitõe vel alio mõ legitimo. alioquin erit nulla si oino fiat ꝯ iuris debitũ. ff. de arbi. q tñ. §. si arbiter. C. de sen. cũ sñiam. et l. prolatã. ⁊. h. ti. pri. c. j. (iudex). q excõicauit a quo appellatũ ẽ. j. de sen. ex. sacro. ⁊ ẽm hoc loquit glo. vel dic q̄ loquit de iudice ad quẽ appellatũ ẽ. sz ⁊ tũc remaneret eadẽ obiectio cũ ab eo ꝑ appellationẽ reuocet iurisditio: vt hic dicit. (decedat). cũ eni vel aduersario obsit nõ est hoĩm malicijs indulgendũ. ff. de rei ven. in fundo. (absoluere). no. q̄ lz iudex detulerit appellatõni tamen adhuc se intromittit de iurisditõe. s. q2 absoluit: ⁊ q2 cautionẽ recepit noie eccl̃ie ⁊ sine mãdato qð etiã est speciale. sed qd si appellãs velit absolui? Rñ. si simpl̃r absoluat renũciasse appellatõi videt. si vero protestet se nolle renũciare appellatõi bñ valet cũ sit iusta cã ꝓtestãdi ⁊ eps male facit nisi eũ absoluat. alij tñ ꝯ dicũt: vt no. s̄. e. c. questioni. nec hec decre. dicit q̄ ꝑmo fuit appellatũ. sed q̄ appellabat ne absolueret. (ꝯquerũtur.) corã prelato excõicatoris dicim⁹ vt absoluant a supiore siue a p̄lato ei⁹ q excõicauit etiã si ñ sit appellatũ. (dicimus) si excõicator noluit eos absoluere. ꝑmo eni ad eũ remittẽdi sunt. s̄. de offi. ordi. ad reprimendã (ad appellandũ). s. ne absoluant.

Eprehensibilis. vel excõicatõnis xvij. q. iiij. si quis suadẽte. lxxxi. di. si qs ãmodo. j. ð sen. ex. tua. j. q. j. reperiunt. (disciplinã) de h. s̄. e. ad nr̃am. ⁊. s̄. de offi. ordi. lz in cor. neglexerit. s̄. e. cũ sit ro. p tuas. (propriũ). alias nõ. xiiij. q. vj. c. j. xvj. q. vj. illud. (faciat). anteq̃z procedat in negocio. j. e. sepe. C. de iudi. sancimus. (hoc q̄ sequit). s. ne religiosi ⁊c. q. d. in prin. §. dixim⁹ de oib⁹ clericis. ⁊ hoc idẽ multo fortius dicim⁹ in religiosis. de eo aũt qð maxie dictũ est. s. de refusione expensaꝝ intelligi nõ põt cũ monachi nõ hẽant ꝓpriũ. xij. q. j. nõ dicat]. (regulare.) repete q̃ diximus. s̄. e. ad nr̃am.

D hoc pateant. s̄. e. cum sit ro. (psonas) eligãt si ptib⁹ placuerit vel ad supiorẽ remittãt. j. e. cũ spãli. oli autẽ secus erat. s̄. de fo. ꝯpe. si qs ꝯ clericũ. xj. q. j. ꝑuenit. ⁊ sec⁹ ẽm leges. C. ð iudi. cũ spãli. nisi vel exponere qõnem. s. de suspitione

Eruenit. appellasse. hoc scðm iura antiqua hodie nõ audiret nisi grauaret. Item factũ recitat q2 ñ sufficit. s. infra tm̃ tpus iter arripere nisi apl̃ico ꝯspectui se pñtet. s̄. e. cũ sit romana. (ꝯmittas). põt hoc facere iudex post appellationẽ: q2 hec res dilationẽ nõ capit. ff. de ap. reci. l. vl. ẽm ala. vel loquit ẽm antiq̃ iura vbi ꝯcedebat frustratoria appellatio. hodie aũt cũ non liceat appellare nisi a grauamine: secus. j. e. vt debitus.

Onsuluit. a rege. hoc vult dicere q̄ rex frãcie nomine iudeoꝝ appellabat vt eis mãcipia xp̄iana retinẽ licẽt vel is ẽ sensus: q2 iudei a rege appellabãt q̄ eos nõ ꝓhibẽt mãcipia xp̄iana retinere. (detineãt) videt. s. ⁊ hec ẽ appellatio ꝯ canonicas sanctões. liiij. di. mancipia. cum non sit admittenda nisi a grauamine. (decreti). liiij. distin. mancipia.

D hoc ipsum. appellantez) ⁊ hoc est qð sequit q̄ appellatõis. si. s̄. e. suggestũ. dic vt no. j. e. vt debitus.

E priore enormitates. vbi gr̃a prior recipiebat q̄ ꝯsentiret donatõib⁹ quas faciebat ꝯsanguineis vel illicitis alienatõib⁹ vel q̄ nemini diceret de ꝯcubinis quas tenebat. vñ canonicus ipse appellauit. ipse aũt prior nõ deferens appellatõi eũ suspẽdit vel excõmunicauit. vñ de hoc precipit ad curiã satisfacturus.

Anto excessu. q̄ iuste appellatõi nõ ðtulit. ij. q. vj. decetero.

Uia nos infamia. i. publico ⁊ infami crimie. (responsi). a qua se purgare nequeũt. ij. q. vj. p̄sbyter. vel dic spãliter i regularib⁹ vt p sola infamia possint remoueri ꝯuicti: etiã sine ordine iudiciario. alias nulla esset dubitatio.

D aures.

D audientiã. subiecerat) si autem papa recipiat aliquez sub protectione parum valet. j. de priuile. ex parte tua. (subiecerat) maxime. idem eni est ⁊ si non subiecisset se. ap. p. cũ sine cognitõe fuerit ꝯdẽnatus: vt. j. sequit. nusquam enim valet sententia in principali lata non ẽuato ordine iudiciario. vel dic q̄ hoc obtinet extra iudiciũ vbi tm̃ ꝓdest supposito ꝓtectioni q̃ztum appellatio q̃ tunc intantũ valet q̃ztum ab ordinario interponit q̄ a tpe appellatõis cessare dz q̄ nihil ꝯtra appellantẽ faceret sine cognitõe ⁊ si fecerit nõ tenet. ⁊ sicut olim poterat appellari ⁊ añ iudiciũ ⁊ post: ita poterat se supponere ꝓtectioni pape. ⁊ si post ferret sñia excõicatõis vel alia sine cause cognitõne nõ valebit. In hoc aũt min⁹ habet protectio q̃z appellatio. q2 protectio nõ valet nisi ꝯ grauamẽ. ⁊ grauamine semoto procedere põt. sed appellatio in totũ transfert cãm ad supiorẽ et non credũt quidã ꝓtectionẽ sublatã vl mutatã. meli⁹ dicit q̄ per oĩa equiparatur appellatio ⁊ suppositio ꝓtectioni cognitõe. h colligit ar. a ꝯrio sensu q̄ cũ cognitõe põt ꝓcedi ꝯ appellantẽ ex̃ iudiciũ. ar. ꝯ. j. e. bone. nã ibi dicit q̄ appellatio ex̃ iudiciũ reuocat factũ ad audientiã supioris: vt no. j. de his q̃ fi. a ma. par. ca. c. j. et s̄. de ma. ⁊ obe. dilecti. sz rñ. q2 vbi appellatur a iudice siue in iudicio siue ex̃ nunq̃z reuocatur factũ ad audientiã pape vel supioris nisi grauet vel q2 ordinez nõ seruat: vt h. vel alio mõ: vt. j. e. vt debit⁹. ⁊ sic loquit. j. e. cordi. sed si appellat a grauamine aduersarij sil̃r nõ iuuat appellatõ appellantẽ nisi sequat grauamẽ sz si sequat grauamẽ: tenet appellatio ad papã facta. j. eo. bone. (sententiã) siue excõicationis siue aliam.

Ccepta. conquestione. cã appellatõis sed ꝑncipalis bñ remittet ad eos si defecerit i cã appellatõis imo q̄ plus ẽ etiã si ꝓbet cã appellatõis vera tñ remittit ad eosdẽ iudices: puta si iudicauerũt nõ esse suã iurisditionẽ: nã in hoc casu etiã ꝓbata vera cã appellatõis corã supiore. s. q̄ iurisditõ sua ẽ. tñ ad eũ remittit cã: q2 alit nõ tolleretur grauamẽ: q2 a grauamine appellat. j. e. vt debit⁹. ij. q. vj. §. fi. ⁊ si ꝯrium diceret appellãs iniustus ꝯsequeret suã voluntatẽ iniustã: ⁊ appellans iuste suo desiderio fraudaret

Ostremo. cõsanguineus infra quartũ gradũ. j. ð ꝯsan. ⁊ affi. nõ dz. vl vsq3 ad gradũ vbi admittit successio. insti. ð ag. suc. (eodẽ). secus in alio.

D hoc. interdicto ab officõ ⁊ sacramẽto. na3 in his nõ releuat appellatio interdictũ qn illud ẽuare debeat. trahit enim secũ executionẽ sicut excõicatõ j. e. pastoralis. §. vl. in prin. ⁊ irregularis ẽ interdict⁹ si q̃ztũcunq3 appellet durãte interdicto ꝯ fiat. ar. xj. q. iij. si quis presbyter ⁊. c. se. In spũalib⁹ in dubijs semp obediendũ est ⁊ in tutiorez ptẽ declinandũ. s̄. de tempo. or. ad aures. secus aũt dicerẽ si intdiceret ab ingressu possessionis vel cuiuscũq3 alteri⁹ rei. nã ibi bene suspẽderet interdictũ p appellationẽ. s̄. de resti. spo. ex cõquestione. cũ gnãliter nõ solũ diffinitiua sñia sed etiã mandatum suspẽdat. s̄. de re iudi. q̄ ad ꝯsultationẽ. j. de no. ope. nun. c. vl. idez videt dicendũ qñ qs suspẽdit a bñficio ecclesiastico tantũ: q2 ꝓpter suspẽsionẽ talẽ si appellet nõ abstinebit a bñficio sicut ⁊ in tpalibus obtinet vt premissum: vñ si appellauit bñficiũ pcipiet sicut prius quasi a quadam temporalitate videatur suspensus

⁊ hoc videtur probare. ĩ. de sen. ex. cum medicinalis. §. si qs aũt in ṽbo ab ingressu ecclesie ⁊ diuinis ⁊c̃. alij tamen dicunt idem in omni suspensione ecclesiastica ⁊ interdicto. s. ꝙ appellatio facta nõ suspendit interdictũ cũ hec decre. nõ distinguat. ⁊ no. ꝙ interdictũ siue suspẽsio ab officio vel beneficio habet similitudinẽ cũ excõicatõe in eo qđ hic dicitur. s. q̃ neutrum ꝑ appellationez suspenditur vt. s̃. no. Item quia suspẽditur necesse est precedere monitionẽ in interdicto a beneficio vel officio nisi qñ fit pro pena. s̃. e. reprehensibilis. Item ꝙ similis pena excõicato ⁊ interdicto ab officio celebranti infligitur. ĩ. de cle. ex. mi. c. iij. Item ꝙ cũ iuratoria cautione vterq̃ absoluitur. ĩ. de sen. ex. venerabili. super eo ꝙ mõachi. s̃. e. qua fronte. §. vl. Itẽ ꝙ vtriq̃ prestat̃ absolutio ad cautelã. s̃. de excep. apostolice. ij. de sen. ex. c. venerabilis. Item ꝙ tenet ⁊ si nullus ordo obseruet̃. ar. xj. q. iij. si quis ꝑsbyter. ⁊ hic. in alijs autẽ suspensionibus est ordo iuris seruandus. alias non nocet. s̃. de in inte. resti. c. ij. nec sunt in alijs suspẽsionibus predicta necessaria. sed ea obseruanda sunt q̃ in alijs interdictis vel penitentijs imponendis obseruari debent. ⁊ capitula que dicũt predicta in suspensione necessaria intellige ĩ suspensione que fit ab officio ⁊ beneficio vel officio tm̃ vel a sacramentis. ⁊ hec vera sunt vbi suspensio vel interdictum ab officio fit pro ↄtumacia: nam si imponat̃ pro penitentia tunc frustra ꝑcederet monitio cum in omnẽ casum subsecuta sit suspẽsio. ⁊ no. ꝙ imponitur pro pena quãdoq̃ ꝑpetua ꝙ ab officiõ ⁊ bñficio suspẽdatur. l. di. de his miror. ⁊ c. studeat. ⁊ c. accedens. quãdoq̃ ad tempus. ĩ. de accu. inquisitionis. in prin. ⁊ qñq̃ interdicit̃ tantum missaꝝ celebratio. lvj. di. nullꝰ. qñq̃ vsq̃ ad mortẽ suspẽdit̃ a sacramentis. ij. q. j. in primis. qñq̃ tamẽ vsq̃ ad tempus. l. di. eos vero. ⁊ c. se. Item suspenditur quis potestate eligendi. s̃. de elec. cum in cunctis. Item suspenditur quis potestate ordinãdi. l. di. ex penitentibus. s̃. de temp. or. litteras. Item ab ingressu ecclesie vel sacerdotali officio. s̃. de offi. delega. sane. ĩ. de sen. ex. sacro. ⁊ sic multas penas poteris inuenire circa suspensionem ab officio ⁊ sacramentis. Queri aũt potest an suspẽsio a pallio ⁊ a pontificalibus sit inter hmõi reputanda ꝙ si est per appellationẽ non releuabit̃. (nequeunt). no. interdictũ secũ ferre exetutionẽ sicut excõmunicatio. ĩ. e. pastoralis.

Cum in ecclesia. tui. scz archiepĩ grauamine hec decre. presagit nouũ ius. ĩ. e. vt debitus.

Directe renũciare. secus est si per ↄtumaciam vel negligentiã elapsum esset tempus. nam tunc nõ posset appellare. s̃. e. personas. nisi post sententiam vel a grauamine: q̃ illud semper licet. vnde cũ hodie non liceat aliter appellare non credimus illam decre. personas aliquid speciale statuere circa non prosequentẽ appellationem. (iura). C. de li. ĩ ima. c. q̃ causa. l. j. (fecit). mulier que defendebat matrimoniũ. (quod est). scz matrimoniũ. nõ separatio matrimonij que est odiosa (. viri) ⁊ ideo non est ei fauendũ: sed mulieri que pro matrimonio stat. et pro illo scđo appellat. s̃. ti. proxi. c. vl.

Preterea. sententiam. hodie ñ licet indifferenter ferre tales sententias. ĩ. de sen. ex. romana. §. caueant. sed ordinarius si cõdẽnatus ad aliqđ certũ ⁊ si illud non soluat iuxta quod mandatur tunc excõicabit eum. ⁊ no. ꝙ si quis excõicauit aliquẽ nisi vsq̃ ad annũ soluerit vnũ tm̃ mandatũ est. vñ si vsq̃ ad annũ appellauerit qñcunq̃ nõ solũ releuabitur quo ad sententiã excõicationis. s; quo ad absolutionẽ faciendã: q̃ sublato principali: scz excõicatione tollitur ⁊ accessorium. s. solutio. s̃. de consti. translato. sed si condẽnasset eum pure ⁊ postea adiecisset: ⁊ nisi solueris vsq̃ ad annũ sis excõicatus: si iste appellat infra decẽ dies appellet: releuatur a cõdẽnatione ⁊ a sentẽtia excõicationis: sed si vltra decẽ dies appellet licet releuetur quo ad sententiã excõicationis non tñ releuatur quo ad condẽnationem que transit in rem iudi. s̃. de re iudi. quod ad cõsultationẽ. diuersa sunt enim ista mandata. et iõ nihil prohibet in vno valere appellationẽ ⁊ ĩ alio nõ. ĩ. de testa. raynutius ⁊ c. raynaldus. si aũt excõicatus fiat alterius iurisditionis nihilominus ligatur dũmodo nõ appellet. C. đ ma. testa. statuliberis. ar. ↄ. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. cũ hic. §. si sponsus. ff. de penis. l. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. est receptũ. s̃. de offi. le. c. fi. Item si conditio feratur in presens vel preteritũ vt excõico te si furtũ fecisti: vel si furtiuã rem apud te habes: hec sententia nõ suspendit̃ ꝑ appellationẽ. insti. de ṽb. ob. §. ↄditões. ff. si cer. pe. l. cũ ad pñs. ff. de ṽb. sig. l. ⁊ si stipulatꝰ fuero sine mã. Itez si dicat excõico te si appellas: q̃cito parat se ad appellandũ ẽ excõicatꝰ. nec valet appellatio. alij dicunt et forte meliꝰ ꝙ valet appellatio ⁊ idẽ est si dicas excõico te si elig̃ talẽ: ac si dicas si elegeris talez ar. ff. de ṽbo. ob. si quis stipulatus sit. alij dicũt ⁊ male: ꝙ in hoc vltimo casu nõ valet appellatio. ⁊ dicũt quidam ꝙ bñ tenet electio sed facta electõe statim incidit in excõicationẽ nisi precesserit appellatio: q̃ nisi teneret electio nõ teneret excõicatio. ar. C. si mãci. ita fu. ali. meuia. eo ꝙ nobis videt̃ ꝙ ĩ his exequẽda est sentẽtia excõicãtis que si fuit ꝙ tm̃ post electionem sint excõicati tunc obtinebit quod dictum est. si autem apparet ꝙ de intentione sit excõicantis. s. ꝙ velit ꝙ sit excõicatus simul cum electiõe faciet de facto tũc electio nõ tenebit ⁊ excõicatio tenebit. ⁊ hoc idẽ videtur si de intentione excõicãt̃ dubitet̃: q̃ q̃cito verba electionis proferret excõicatus erit ⁊ electio nõ tenebit. penetrabilior enim gladius dñi. s. sententia excõicationis est q̃ factum hois. scz electio. ⁊ ideo excõicatio dicitur precedere electionem: s; oppones si intelligis ꝙ excõicatio precesserit electionẽ. g̃ iniusta est excõicatio: q̃ sine causa precedente est promulgata. ĩ. de sen. ex. sacro. so. dico ꝙ simul cũ prolatione verboꝝ incurrit excõicationem: sed excõicatio precedere fingitur propter velocitatem ⁊ ꝓpter intentionẽ excõicantis que presumit̃ esse in dubio vt electio non valeat: vt. ff. de his qui pro nõ scrip. l. j. Item quia ex causa fit. s. propter inobedientiã que statim fuit q̃cito deliberato cõcilio proponit electionẽ procedere. videtur tñ ꝙ non debet incidere in excõicationẽ: q̃ electio non tenet. ar. C. si mã. ita fu. ali. l. fi. sed dic aliud esse in penis spiritualibus que medicinales sunt. ij. q. j. multi: vbi sufficit mala voluntas ⁊ inobediẽtia. aliud ẽ in penis cõuentionalibus ⁊ alijs iudicialibus que odiose sunt. ⁊ ideo restringẽde: vt in ꝑ. ↄ etiã de pe. di. j. pene. ⁊. ff. de penis. l. preses ⁊ l. interpretationẽ. ⁊ probatur vtrũq̃ mẽbrum. ff. de libe. ⁊ posthu. cum quidã. Item eligendo ↄtrahit peccatũ inobedientie. vnde vere dicitur ꝙ talis electio infecta est peccato inobedientie quare non eodẽ modo dicetur infecta pena excõicationis q̃ per inobedientiã irrogatur Item probo ꝙ eligendo ⁊ non post electionẽ tm̃ contrahit excõicationẽ: q̃ si post ↄtraheret iniusta essz excõicatio: q̃ si hoc diceretur idem esset hoc dicẽ excõico te si elegeris ac si diceret excõico te postq̃ elegeris. ⁊ hoc esset iniquum excõicare eũ pro preterito facto vel electione iam facta nisi noua monitio precederet nobis videtur ꝙ in sentẽtia excõicationis ẽ spãle: q̃ semꝑ possit appellare añ diẽ statutã: etiã si vsq̃ ad ãnũ duraret. ⁊ hoc hic expresse dicit̃. in alijs aũt sentẽtijs est ↄtrariũ. s̃. de re iudi. qđ ad ↄsultationẽ. ij. q. vj. biduũ. rõ aũt diuersitat̃ ẽ q̃ sñia excõicationis semꝑ trahit̃ a die ↄditõis. qđ probo q̃ ante nõ tenet sñia: q̃ si sñia teneret esset excõicatus. ⁊ si esset excõicatus deberet vitari: sed excõicati appellatio eũ non releuaret: q̃ hec sñia secũ trahit executionẽ. ĩ. e. pastoralis. Item licet plati ex toto possint tollere sñias excõicationis ꝑ absolutionem tamẽ suspẽdere nõ pñt eas hoc modo. s. ꝙ excõicati sint ⁊ nõ vitentur alias nõ peccẽt cõicando sacramẽtis vel ingerẽdo se cõmunioni alioꝝ. ĩ. de cle. ex. c. illud. ⁊ c. si celebrat. vel ꝙ ab alijs nõ vitẽtur q̃ nec in hoc prodest priuilegiũ ap. se. ĩ. de sen. ex. c. nulli. ⁊ idẽ videtur in interdicto hois: vt no. ĩ. đ priuile. vt priuile. nec facimꝰ differentiã siue excõicator dicat: excõico te ex nũc siue dicat tũc sis excõicatus: q̃ semꝑ sñia trahit̃ ad diẽ ↄditõis. in alijs aũt sententijs quas suspẽdere licet est ↄrium: q̃ sñia statim tenet l; suspendat̃ ꝑ ↄditionẽ. ⁊ ideo a ꝓlatiõe eiꝰ infra decẽ dies ẽ appellãdũ ⁊ hec vera sũt in sentẽtijs q̃ ferunt̃ cũ cãe cognitõe: q̃ si alit̃ ferũtur ⁊ cũ appellatõe ⁊ sine appellatõe l; ↄuenire. C. cominia. epistolas ꝑgra. l. interlocutio ⁊ duabꝰ. l. se (medio tpe.) infra decem dies a die late sñie. ⁊ ita nõ est ↄ. s̃. de re iudi. qđ ad ↄsultationez ↄ. ij. q. vj. biduũ. in pñ. so. illud veꝝ ẽ vt dictũ ẽ. s̃. in pre. gl. ṽ. nobis vi̇ ⁊c̃. si aũt sempronïꝰ prorogauerit terminũ nõ incidit ĩ excõicationẽ. ar. ff. de ꝑca. latã. q̃ nõ est ↄtumax. xj. q. iij. certũ. Itez si adueniẽte termĩo progato nõ soluit incidit ĩ excõicationẽ. ar. ff. de ꝑca. s; si manẽte. ⁊ q̃ terminꝰ vi̇ ꝓrogatꝰ cũ suis accessorijs ⁊ põt h̃ facere: q̃ excõicatio pars iurisditõis ẽ quã prorogat̃ potest. s̃. de of. del̃. de cãis. ⁊ ar. ff. si qs cau. l. ij. in pñ. ff. de arbi. celsus. s̃. de do. cũ dilecti. alij tñ ↄdicũt dicẽtes eũ excõicatũ ꝑ eo ꝙ satisfecerat in termĩo ꝓrogatõis recepte. tũ etiã q̃ ꝓrogationez a pte nõ a iudice recipit cuiꝰ. s. iudicis ẽ ꝓrogãdi iurisditionẽ. et sic ipm ↄtẽpsisse vi̇ ⁊ ex ↄtẽptu iudic̃ qs ligat̃. tũ etiã q̃ qñ excõicatio fertur ab habente iurisditionem. in duobus tamen casibus non debet tenere. s. quando post ap. legitimã: ⁊ quando intolerabilem errorem expressum continet. ĩ. de sen. ex. per tuas. in fi. si tñ ꝑs ĩ termĩo reputauit sibi satisfactũ tũc nõ ẽ excõicatꝰ: q̃ satisfacere ẽ queãdmodũ voluit creditor. ff. đ pig. act̃. si rẽ. §. oẽs.

Secundo requiris. ĩ. e. inq̃sitõnis ↄ. so. ibi (cogi)

.s.ꝺ of.del.suspitōis.(q si corā).j.e.ti.c.cū speciali.

Nisi deferendum. casus. albericus conueniebat.b.sup fundo:albericus actor appellauit añ sniaz ex iusta cā.postea idē albericus spoliauit.b.reum fundo petito:dicit̄ h' q reus spoliat⁹ poterat petere q iudex a q̄ appellatū est faciat restitui sibi dictā possessionē: ⁊ q procedat i cā q̄ ex quo sue appellationi nō detulit: expoliādo aduersariū non potest se iuuare qnin teneatur corā iudice rñdere a quo appellauit.s.e.cū teneamur.s.de rescrip.ex pte.s.alias enī nō bñ iudico q appellatio hmōi decre.in reo appellāte hēat locū i iudicio.extra aūt iudiciū posset habere locū sicut hēs.s.ꝺ elec hōe me.ma. vbi no.(interposita)ab actore qui expoliauit reū neglexit expoliando reum fundo petito:vt.s.in casu dicitur.⁊.s.e.constitutus. de rescrip.ex parte.s.

Nouit ille.interdicti. ꝯ legatum app.se.rex frācie in quodā negocio in quo ipse legatus volebat procedere ꝯ eū proposuit q habebat eū suspectū ⁊ appellauit ab eo.legatus aūt nihilominus processit:ꝯmēdatur hic processus cū esset merus executor in illo negocio.(possit).ij.q.vj. ab executore.⁊ intellige de mero executore.secus si habet admixtā cognitionē.s.de offi.dele.pastoralis.(excederet)idē est si diminuerēt. C.de excep.rei iudi.si vt.vel si dolo aliquid facit.ff.de neg.gest. l.iij.§.si executor.vel si obijciat̄ excōicatio iudici q̄zuis ei⁹ snia ñ semp retractet̄.s.ti.proxi.ad probandū vel aduersarij.s. de excep.exceptionē.xj.q.iij.cū excōicato. vel si sit facta nouatio.ff.de re iudi.l.iiij.§.si quis ex ꝯuētione.vl' si preuenit quadrimestre tēpus.C.de ap.si quis.vel si male interpretet̄ sniam.ff.de ap.exe. vel si obijciat̄ questio falsi.C.si ex falsis.l.iudicati.vel si nō constat ibi quare debet executioni mādari.s.de prescrip.auditꝫ. vel si obijciatur exceptio ꝑ quā ꝯtendit̄ retro iudiciū nullū.s.de procu.in pñtia.C.de procu.l.ꝫ.expoliationē aūt nō credimus retardare executionē(fuisset)no.mex executorē nō licere recusare.

